



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Antipharmacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

were längst von dem Teuffel vberwunden vnd erwirget worden/wenn mich diese Beicht nit erhalten hette.

Nihilominus non patiar mihi ab ullo confessionem auricularem eripi è manibus: nec pro totius mundi thesauro eam darem alicui. Etenim scio, quantum roboris & consolationis illa mihi dederit. Nemo nouit, quantarum virium sit auricularis confessio, quàm qui cum Diabolo sepe pugnare & luctari cogitur. Equidem à Diabolo pridem victus & strangulatus essem, nisi me, isthac auricularis Confessio seruasset incolumens.

Antipharmacum.

REM tanti ponderis ac pretij Confessionem esse, non videtur Lutherus ferè scripsisse aut sensisse: non enim eam sibi liberam relinqui, sed potius mille præceptis ad eam cogi postulasset; Et tritum illud semper in ore habuisset; *Felix necessitas, qua ad meliora compellit.* Si in Lutherum incidisset ille, qui ad conuiuas conquirendos cum hoc mandato emissus est: *Compelle intrare: Lutherus magna voce recinuisset: Est quidem cœna lauta & opipara, ad quam me inuitas: sed nolo cogi; liberè accedam. Imò quia tu cum tuo Compelle intrare aduolitas, ideo non veniam; venturus alioqui, si id mihi liberum reliquisses.*

Quæritur VIII. Num omnia peccata, quorum quis sibi conscius est, in confessione explicari & patefieri debeant. Respondet Lutherus in Colloq. Germ. Tit. *de confessione auriculari*, hunc in modum. *In der Ohrenbeicht ist nicht von nöten / daß man alle Sünd erzehle / sondern die Leut mögen sagen was sie wollen / Steinigē sie wir doch nicht. In Confessione necessarium non est ut omnia peccata enumerentur, sed quilibet quidquid lubet, dicere potest. Nemo à nobis lapidatur.*

Anti-